

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

S. Domnina.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

instaurans & omnigeno ornatu illustrans, & sancto  
martyri conueniebat.

¶ Martij.

## S. DOMINIA.

**C**opiosis religiosisque hæc orba paren-  
tibus ab ipsa infantia sese Deo conse-  
cravit, exercitationi virtutum, corporisque  
afflictione penitus addicta. Ergastulum  
quippe in materno conditum horto inco-  
luit, neque solum assiduo lacrymarum im-  
bre genas rigabat suas, sed veste cilicina  
(nam huiusmodi cultum adhibebat) sese  
atterebat. Circa gallicinium, ædem sacram  
ingressa, cum toto populo Domino vniuer-  
si laudes debitas, statasque persoluit. Vi-  
ctum ei præbebant lentes aqua maceratae.  
Et hoc asperæ vitæ genere vla est semper,  
quamvis extenuato semimortuo que esset  
corpusculo. Caput tam studiosè obnube-  
bat, ut nec illa alius, nec aliis illius vultum  
contemplari posset. Vester ad pedes usq;  
promittebat. Ad se adeuntes ita tetui &  
subinissa voce alloquebatur, ut ægrè audi-  
retur. In his pietatis studiis, dies no-  
ctesque versata, ad desideratum sponsum  
suum Christum cum fructu operum suo-  
rum est translata.

ANNO.

## ANNOTATIONES.

**O**bserua verecundiam virginis, quæ velabat caput, ne laderet illa alios, aut ab aliis laderetur. tradit Ioannes Moschus Euiratus c. 78. virginem quandam mortuam à sepulchrorum quodam violatore vestibus exutam, à qua mox ille sit in ipso tumulo comprehensus, & grauissimis verbis increpatus, cum illi virgo summi iudicis supremum tribunal diu minitata esset, tandem subiecit. *Quam infelicissime hominum, rationem redditurus es Christo de scelere in me perpetrato, ante ipsius tribunal tremendum, quod cum vivente me, nullus extra domesticos meos videris faciem meam, tu post mortem in ipso tumulo me nudaris.* tu lege quæ ibidem sequuntur.

S. autem Dominiæ meminit Menologiū quoque 1. Martii.

## S. CONON ISAVRICVS. 5. Martii.

**V**ixit hic SS. Apostolorum ævo, Bydanna vico profectus, Nestoris & Nadæ filius, cui cum parentes sponsam in matrimonium dedissent, cum illâ virginitatem maluit colore. Ferunt hunc à D. Michaeli cœlestium legionū principe, ad Christianā legem, ut & in vitæ auctricis Trinitatis nomine Baptismum susciperet, & mysteria sanctissima (Eucharistiæ) perciperet, informatum, virtuteque miraculorum donatū.

*De tribus  
aliis Cononib.  
nibus Io.  
Eniratus  
c. 3. 15. 22.  
Nō est his  
ex illis, nec  
ille Mar-  
tyr Cypri-  
de quo ta-  
mē Menae  
hoc eod. die  
est Menol.*

Hinc S. Martii.